


Circuli eam inter se proportionem habent,
quàm descripta à diametris quadrata.


Theorema 3. Propositio 3.

Omnis pyramis trigonam habens basim, in
duas diuiditur pyramides nō tantum æqua-
les & similes inter se, sed toti etiam pyrami-
di similes, quarum trigo-
næ sunt bases; atq; in duo
prismata æqualia, quæ duo
prismata dimidio pyrami-
dis totius sunt maiora.



Theorema 4. Propositio 4.

Si duæ eiusdem altitudinis pyramides trigo-
nas habeant bases; fit autem illarum vtraque
diuisa & in duas pyramides inter se æquales,
totiq; similes; & in duo prismata æqualia;
Ac eodem modo diuidatur vtraque pyra-
midum, quæ ex superiore diuisione natae
sunt; idque perpetuo fiat: quemadmodum



se habet vnus pyramidis basim ad alterius
pyramidis basim; ita & omnia, quæ in vna
pyra-